



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus  
Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua  
distinctus**

**Crombecius, Johannes**

**Avdomari, 1618**

Perfectio viatorum maximè amovendis impedimentis continetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38133**

**STATIO SE  
CVNDA MOYSIS**

IN MONTEM

ASCENDENTIS.

DE VIA ILLVMINATIVA

DE ORATIONE MENTALI.

Proficientibus & perfectis non deeſſe laborem,  
at impedimenta quae superent.

**TEXTVS DECIMVSTERIVS***Cumque ascendiſſet Moyses.*

*Perfectio viatorum maximè amovendis im-  
pedimentis continetur.*

**H**actenus in via purgationis  
versati sumus. Instruximus  
rudiores, incipientibus re-  
dimenta proposuimus, quibus ad profectum aspirare  
proficereque inciperent. Agendum modo

profectu, ut qui proficere cœperint viam ap-  
plicant clariorem, illuminentur ipsi, ut iter  
agnoscant, & obvia quæque impedimenta  
prospiciant, illuminatique caveant ac decli-  
nent: denique sectentur semitas viasque cō-  
planatas in quibus cum voluptate proce-  
dant.

2. Illud tamen in universum sciendum est, *Perfectio  
viatorum  
maxime  
in amo-  
vendis  
impedit-  
mentis  
contine-  
tur.*  
*Similia.*

totam pñne perfectionem, quæ in hoc mun-  
do haberi potest propemodum cognoscen-  
dis, amovendis, ac superandis, impedimentis  
contineri: eam velut dispositione adornari,  
qua sensim cuiuslibet virtutis, ac perfectionis  
forma, Deique operatio in nobis locum ha-  
beat, & introducatur: si enim amoliri impe-  
dimenta possimus ( quod summopere supre-  
ma bonitas, quæ se animis nostris insinuare  
desiderat, stans & pulsans ad oltum cordis  
nostræ, exoptat ) formam ipsam confecti su-  
mus. Id in igne clarum est: exhausto namq;  
pulsoque ex ligno, vi caloris, humore, ignis  
victor ingreditur & lignum populatur. Rup-  
ta glacie, aqua quæ subiacet, in nostram po-  
tentiam redigitur. Fractis, expugnatisque  
mcenibus ac sublati obstaculis, civitas cedit  
oppugnanti. Rupto cortice, nucis nucleus in  
cibum cedit frequentius. itaque cum hic  
mentio fiat ascensus, mirum est nihil dici de  
conversatione ipsa Moysis cum Deo. Iube-  
tur ascendere, cum ait Dominus, *ascende in*  
*montes*

montem. vertatur populo ascensus : interdiu  
tur idem sacerdotibus, nisi ad certum spa-  
tium. Deinde de Moysē dicitur *ascendens Mo-  
ysē, tum surrexerunt Moyses.* Et *ascendens Moysē*  
*Denique vocavit Dominus Moysen de caligine.* A  
de ijs quæ secuta laborem alcensus sunt, pa-  
ca admodum, nempe fuisse ibi quadraginta  
diebus & quadraginta noctibus. Idem no-  
bus uenit in progressu & profectu orations.  
Ubique obstacula, difficultates, nebulæ, e qua-  
rum medio à Deo vocari nos, educique ne-  
cessa est, ijsque superatis, calore ignis hu-  
morem exsiccate ardor spiritualis inducit  
soluta glacie adhærentium desideriorum  
mundi, frigoreque depulso, pietatem con-  
stringente; gratia divine liquore perfundit  
mur. Distractionum molibus eversis in ca-  
lum ad trönum usque gloriæ conscendimus  
& Moyſis discipulis aditus fit ad colloquium  
cum summo Numine. Sublati quoque co-  
dis nostri obstaculis Deus ipse pro sua volun-  
tate in nobis agere potest. Nec enim via or-  
dinaria aliter procedere statuit, parari sibi  
ditum mandat; obstacula removeri: tum de-  
mum quasi pulsæ nube ac caliginè media, de-  
ipse se prodit, calorem fundit, movet effe-  
ctusque suos producit. Ita nobiscum divina  
bonitas agit, mentes illustrat & accende,  
gratiæ suæ rivos infundit, nucleus spiritu  
dulcedinis edendum porrigit, sequæ capi, et  
pugnat.

pugnari, tenerique patitur. Cæterum nullus  
le adeò perfectum existimet, quin sciat se  
semper habere quod resecet. Consideremus *Simile ad  
arborem quę dum tenera est luxuriat, rami-  
que erumpentes necessariò putādi sunt. Vbi  
ad altitudinem iustam perducta, adhuc nihi-  
lominis cultoris manu indiget.* Rāmorū  
quidam exarescunt: alij erucis ac vermibus  
obolvuntur, atque exeduntur: sæpè fome-  
to circa radicem; solisq; rādijs circa rāmos  
indiget, luxuriantiumq; rāmorū conci-  
sione opportuna. Sic & nobis initio, et si fer-  
ventibus, multa desideria amputanda. Et  
quod perfectiores, eò subinde parvis vermi-  
culis ac defectibus magis abundantur. Tepor  
sæpe irrepit. Et adultiores, fervoris præteriti  
obliviscimur; in defectus pristinos relaben-  
tes. Quare merito viatoribus omnibus ad  
celum progradientibus, illuc donec per- *Cant. 2.  
venerint, istud attribui debet: Tempus putari 12.  
annu advenit.*

## Q 2 TEXTVS